

⟨1. Translatio Isagoges Porphyrii⟩



**Cum sit necessarium Grisaori et ad.**

Prima pars est prooemium, in quo primo intendit utilitatem generis et aliorum praedicabilium, secundo quaedam a suo proposito removet, tertio ostendit, quam viam philosophorum velit sequi. Secundo ibi “altioribus”, tertio ibi “illud vero”. 5

Prima conclusio: Cognitio generis, speciei etc. valet ad quattuor. Probatur, quia valet ad cognitionem praedicamentorum, ad cognitionem definitionum, ad cognitionem divisionum et ad cognitionem demonstrationum, igitur conclusio vera. Consequentia tenet, antecedens patet in littera. 10

Circa istam cognitionem praedicabilium fuerunt tres dubitationes antiquitus. Prima, utrum sint entia per se subsistentia, id est res extra animam separatae, supple sicut dixit Plato, sive ponuntur in intellectu puro solo aut nudo. Secunda dubitatio: Posito, quod sint subsistentia, tunc quaeritur, an sint corporalia, sicut ista inferiora, an incorporalia, sicut intelligentiae. Tertia dubitatio, an sint annexa sensibilibus, an separata ab ipsis sensibilibus. Et istas dubitationes dicit esse altioris negotii et maioris difficultatis, nam pertinent ad pertractationem metaphysicae. Nota: Triplex est intellectus solus, nudus et purus: Solus dicitur esse ille, cui nihil correspondet ex parte rei, ut intellectus chimaerae. Nudus est, qui non est vestitus 15

1.,2 Cum...ad] ALI 6–7, p. 5, lin. 2. 5 altioribus] ALI 6–7, p. 5, lin. 9. 6 illud vero] ALI 6–7, p. 5, lin. 15.

836 Translatio...arte] *Superscriptio i. m. sup.* L om. JK 1.,2 Cum...necessarium] LK om. J | Grisaori] Z grig<sup>o</sup>arori?/gris<sup>o</sup>arori? L om. JK | et ad] Z trsp. L om. JK 3 prooemium] Z praehe-  
mium L prohemium JK | quo] L qua JK 4 proposito] JK praeposito L | removet] LJ remove-  
re K 5 Secundo] JK secunda L | tertio] JK tertia L 7 Prima conclusio] JK *lectio incerta* L |  
speciei] L om. JK 9 conclusio vera] K etc. LJ 11 antiquitus] JK om. L 12 entia] JK om. L |  
subsistentia] JK substantia L 13 supple] J om. LK | sicut] LK species! J | in] L om. JK |  
intellectu] LK *lectio incerta* J | puro] JK om. L 14 subsistentia] JK substantia L | an] LK cui?!  
J | sint?] LK sunt J | corporalia] L corruptibilia JK | sicut...15 inferiora] L om. JK 15 an<sup>1</sup>  
LK cui! J | incorporalia] L incorruptibilia JK | intelligentiae] JK intellectiva L | dubitatio] K  
denominatio L om. J | an?] LK cui! J 16 sensibilibus!] JK sensibus L | an] LK cui! J |  
separata] JK separatae L | sensibilibus<sup>2</sup>] JK sensibus L 17 et] L id est JK | nam] Z sive LJJK |  
pertinet] LK pertinet J 18 ille] JK om. L 19 correspondet] LJ correspondens est K correspon-  
det add. J | ut] sit? add. L | chimaerae] JK hominis L nam solus (intellectus K om. J) cui  
aliquid correspondet ut intellectus hominis ex parte rei aliquid (correspondet K -dit J) ei add. JK  
est<sup>1</sup>] L om. JK

20 sive ornatus aliquibus scientiis, ut intellectus pueri. Vestitus, qui est ornatus scientiis, ut intellectus hominis intelligentis. Purus, qui non decipitur circa suum proprium intelligibile, non purus, qui cito decipitur, ut intellectus dispositus non habitatus. Et hoc est, quod innuit Porphyrius.

25 Principale tertium, quod intendit Porphyrius, est, quod in assignando cognitionem praedicabilium vult sequi viam Perypatecorum, id est Aristotelicorum, quae via est sanior et utilior. Nota: Antiquitus Athenis quattuor fuerant sectae, prima fuerat Epicuriorum et isti posuerunt summum bonum existere in divitiis et in vita honesta et istorum princeps fuerat Anaxagoras. Alia fuerat Achademicorum, quorum princeps fuerat Pythagoras, et posuerunt summum bonum existere in deo et  
30 intelligentiis. Alia Stoycorum, quorum princeps fuerat Plato, et isti posuerunt summum bonum in deo etiam, sicut praedicti, licet tamen magis principaliter. Alia fuerat Perypatecorum et istorum princeps fuerat Aristoteles et isti posuerunt summum bonum existere in operatione secundum virtutem. Sequitur “Videtur autem neque” etc.

35 **Videtur autem neque genus.**

Pars executiva, in qua facit tria, primo distinguit genus, secundo definit et tertio recapitulat. Primo dicit sic: Genus et species non dicuntur uno modo, sed pluribus modis. Subdit acceptiones generis dicens: Primo modo est collectio alicuius perutelae respectu alicuius primi, per quod distinguuntur ab aliis. Secundo modo est  
40 principium, quod dupliciter accipitur: Uno modo pro principio generationis, ut pater, secundo modo conservationis, ut patria. Et hiis duobus modis capitur pro termino primae intentionis, et licet sint plures acceptiones generis, tamen istae duae sufficiunt pro declaratione generis tertio modo accepti, quomodo est terminus secundae intentionis logicaliter acceptus, et definitur sic “Genus est praedicabile

33 Videtur...34 neque] ALI 6-7, p. 6, lin. 1. 35 Videtur...genus] ALI 6-7, p. 6, lin. 1.  
44 Genus... 45 est] Cf. ALI 6-7, p. 7, lin. 1-2.

22 proprium] suum add. J 25 Aristotelicorum] LK aristotelorum! J 26 fuerant] Z fuerunt LJK | prima] K primi L primo J 27 fuerat] J fuerunt L fuit K | divitiis] LK dicijs! J 28 fuerat<sup>1</sup>] J fuerit L fuit K | fuerat<sup>2</sup>] JK fuerit L | Achademicorum] JK Methademicorum L 29 et<sup>1</sup>] LJ qui K | et<sup>2</sup>... 30 intelligentiis] K om. LJ 30 Alia... 31 deo] JK om. L 31 etiam] J om. LK 32 fuerat<sup>1</sup>] L om. JK | fuerat<sup>2</sup>] LJ fuit K | Aristoteles] LK aristotelis! J 33 operatione] K post corr. L operibus ante corr. L | virtutem] LJK Hic desinit fragmentum J | Sequitur... 34 etc] L om. K 35 Videtur...genus] K om. L 36 primo] K prima L | distinguit] K di L | genus] K om. L 37 recapitulat] K lectio incerta L | sic] L om. K 38 Subdit] K subit L | acceptiones] L acceptionem K | generis] L om. K | modo] K om. L | perutelae] Sic (vel per-/par-, -ut-/nt-, -te-/ce-) unanime habent LK, sed tale vocabulum non videtur dari; sequelae conicit Z 40 quod] K quia L | dupliciter] K lectio incerta L | accipitur] L capitur K | ut... 41 pater] K om. L 41 secundo modo] L respectu K | duobus modis] L duabus acceptionibus K 43 sufficiunt] L serviunt L | accepti] K accepto L 44 praedicabile... 45 univocum] K quod L

univocum de pluribus differentibus specie in eo, quod quid est”, quae definitio 45  
qualiter sit intelligenda, patet in quaestionibus. Ibi ponitur “praedicabile” per  
modum generis, “univocum” ad differentiam entis et aliorum aequivocorum, “de  
pluribus” ad differentiam individui, “differentibus specie” ad differentiam speciei,  
“in eo, quod quid” ad differentiam aliorum praedicabilium. Tunc recapitulando  
dicit, quod praedicta definitio nihil superfluum computat nec diminutum, quod 50  
etiam relinquatur quaestionibus.

Nota: Iste terminus “videtur” tripliciter exponitur, uno modo, prout dicit  
expressionem veritatis, secundo modo, prout dicit expressionem apparentiae, tertio  
modo, prout dicit expressionem probabilitatis. Primo modo capitur in proposito,  
secundo modo capitur in libro Elencorum, tertio modo in libro Priorum seu 55  
Topicorum. Ibi dicitur “Probabile est, quod ab omnibus sive pluribus et maxime  
sapientibus videtur esse notum”. Item “simpliciter” capitur quinque modis: Primo  
modo est “universaliter”, ut sonus simpliciter acceptus universaliter est subiectum  
in tota logica, et sic capitur in primo Topicorum. Secundo modo pro scientia, ut in  
libro Priorum syllogismus simpliciter dicitur esse formalis. Tertio modo “sine 60  
determinatione”, sicut dicendo “Simpliciter dico, quod sine addito dico”. Quarto  
modo capitur pro isto, quod est sine excessu, et sic deus gloriosus dicitur simplici-  
ter esse. Quinto et ultimo modo pro isto, quod est uno modo acceptum, et sic  
capitur in proposito. Et haec fuit de tractatu de genere.

Conclusio prima: Cognitio quinque universalium est necessaria ad cognitionem 65  
praedicamentorum, et patet in littera. Contra: Quaelibet talis est contingens, igitur.  
Antecedens patet una cum consequentia. Item: Ad cognitionem definitionis sufficit  
generis, speciei et differentiae cognitio, igitur conclusio falsa. Respondetur  
concedendo nullam talem esse necessariam necessitate simpliciter dicta. Ad  
secundum dicitur, quod ad plenariam cognitionem definitionis non sufficit cognitio 70  
generis, speciei et differentiae, sed etiam requiritur cognitio definiti et cognitio  
proprietas definiti. Ex hoc corollarie potest inferri, quod non potest plenarie

---

46 in quaestionibus] Qu. 9, ed. Schneider, pp. 64–69. 51 quaestionibus] Qu. 9, ed. Schneider,  
pp. 64–69. 55 in<sup>1</sup>...Elencorum] AL VI 1–3, p. 7, lin. 10–11. | in<sup>2</sup>...Priorum] AL III 1–4, p. 6,  
lin. 3–5. 56 Topicorum] AL V 1–3, p. 5, lin. 18–19; cf. p. 15, lin. 18–19. | Probabile...57 notum]  
AL V 1–3, p. 5, lin. 18–19.

---

45 differentibus...est] K etc. L | quae...46 quaestionibus] L om. K 46 Ibi...48 speciei] K om.  
L 49 in...praedicabilium] K per “quid” autem genus (patet? *ante corr.* L) (differt *post corr.* s.l. L)  
ab aliis L | Tunc...51 quaestionibus] L om. K 52 Iste...videtur] K videtur iste terminus L |  
tripliciter] K tria/tertia L 53 apparentiae] K probabilitatis L 54 probabilitatis] K om. L  
55 capitur] L om. K | modo<sup>2</sup>] K om. L 56 Topicorum] Z posteriorum LK | Ibi] K igitur L |  
quod] K om. L | ab] Z om. LK 57 sapientibus] L senioribus K | Item...64 genere] L om. K  
60 simpliciter] Z simplex L 62 modo] Z om. L 63 esse] Z om. L | pro isto] Z om. L  
64 genere] sequitur de specie? add. L 65 Conclusio...92 etc] K om. L 71 speciei] Z om. K

haberi cognitio unius sine cognitione alterius. Et si dicitur “Ergo non sunt distincta”, negatur consequentia. Negatio consequentiae stat in hoc, quia

75 distinguuntur propter utilitatem et specialitatem significandi.

K45rb Secunda conclusio: Ad loicum non pertinet pertractare istas quaestiones de universalibus, scilicet an sint separata, an non. Sed contra: Tamen Porphyrius determinat de istis. Respondetur, quod logicus determinat de istis, quia sunt, non autem, quia logicus dicat de istis essentiam eorum pertractando, quia entitatem

80 eorum pertractare quoad eorum esse et entitatem essentialem non est ipsius logici, sed metaphysici.

Conclusio tertia: “Genus” etc., quae definitio sic intelligitur: Genus est quoddam universale incomplexum etc., prout communiter definitur. Contra: Illud complexum “aliquod animal” est genus, et tamen est complexum. Respondetur

85 negando antecedens. Quae est causa, quod non est genus, tamen cum videtur sibi competere definitio generis? Dico, quod non est magnum inconueniens ipsum complexum dicere genus, quia non videtur ratio istorum, qui dicunt, quia non posset fieri. Sed potest dici, quod dicatur quoad conceptum, sic quod illud, quod

90 est genus, debet habere conceptum quidditativum simplicem et non compositum. Ex isto sequitur corollarie, quod aliquod complexum est commune, de quo praedicatur genus, et tamen non praedicatur de eo, prout illud sit species aut aliquod aliorum praedicabilium. Et videtur ista esse ratio, si debet aliqua assignari etc.

#### Species quidem dicitur.

Secunda pars principalis, ubi tractat de specie. Et primo ponit distinctionem,

95 secundo definitionem vel definitiones speciei. Primo vult, quod uniuscuiusque forma dicitur species, et ita intelligitur per suppositionem. Et isto modo est terminus primae intentionis et potest adhuc dupliciter accipi: Uno modo pro similitudine, unde tertio De anima “Lapis non est in anima, sed species, id est similitudo”. Secundo modo pro qualitate in medio multiplicata, ut albedo multiplicat speciem suam ad medium, id est colorem. Secundo modo in proposito capitur

93 Species...dicitur] Cf. ALI 6–7, p. 8, lin. 17. 98 tertio...anima<sup>1</sup>] Non inveni, sed cf. locum classicum II.12, 424a17–24.

78 determinat<sup>2</sup>] Z lectio incerta K 82 definitio] Z om. K 89 non] Z om. K 90 commune] Z lectio incerta K 93 Species...dicitur] K om. L 94 Secunda] K om. L | pars] ”Species autem” add. i.m. L | Et] K om. L | distinctionem] K divisionem L 95 vel definitiones] K om. L | speciei] L om. K | uniuscuiusque] K unica L 96 ita] K illa L | intelligitur] K intelligit L | per] K propter L 97 accipi] L capi K 98 Lapis...anima<sup>2</sup>] K om. L | id] K om. L 99 Secundo] L tertio K 102 termini<sup>1</sup>] L om. K | intentionis] saltem in proposito add. L | textu] K dextu! L | Porphyrii] K Phorphyri! L